

SCHOLIA

IN CENTVRIA SECVNDA

CONTROVERSIARVM

FORENSIVM

IVRIS COMMVNIS, ET REGNI NEAPOLITANI,

D. FRANCISCI MERLINI

PIGNATELLI

Marchionis Ramontis, Sacræ Militiæ Diui Iacobi Equitis, Regiam  
Cancellariam Regentis, & S. R. C. Præsidentis,

AUCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA

L. C. NEAPOLITANO.

IN QVIBVS

PRÆTER ERVDITIONEM, AC RERVM NOTABILIVM

Copiosam suppellectilem, varij, ac reconditi Iuris articuli ex receptis Priscorum, Recentiorumque Patrum doctrinis, concinne elucidantur, & qualiter  
in Foro obtineant, indicantur.

CVM PRIVILEGIO, AC SVPERIORVM PERMISSV.



NEAPOLI, Typis Michaelis Monaci Anno MDCXCVI.

SVMPTEBVS IOANNIS BAPTISTÆ DECIMO.



ILLVSTRISS. <sup>mo.</sup> ET EXCELLENTISS. <sup>mo.</sup> DOMINO,  
**D. HIERONYMO CALA  
DE TAPIA.**

*Duci Diani, & Nucariae, Marchioni Belmontis, Villamaynae, Ramontis,  
& Canne, Comiti Lauria, & Vasti, Domino Ciuitatis Sala, ac  
Terrarum Saffani, S. Iacobi, S. Arsanij, & S. Rufi,  
Baroni Rotunda Maris, Roseti, &  
Fabalis, & Rodiani.*



**E**xijt iam è Typis; Excellèntissime Domine; sub tui  
Nominis Auspicijs primus Scholiorum in Centuria  
prima Controuerſiarum forenſium ab Illuſtriſſimo  
Domino D. Franciſco Merlino, S. R. C. optimo  
Præſide laudabiliter compoſitus, cui tantum hono-  
ris monumentum ex tuis titulis acceſſit, quòd nec  
Ariſtarcorum Iatratus expauet, nec inuidentium  
rabiem extimeſcit, nec reſluentes temporis vices  
reformidat; Immò triumphis, laudibus, plauſu ſa-

tis diues, ſuperque onuſtus per eximias Orbis Prouincias, per conſpicias  
Vniuerſi regiones, perque ſapientiores Regnorum Academies peruolat  
immortalis: Nunc alter Scholiorum in Centuria ſecunda earundem Con-  
trouerſiarum Tomus è prælo in lucem prodit; ſed non niſi te Mœce-  
nate, & Vindicem nuncupat; Patrinum, atque Patronum expoſcit: nam ſi  
cum emolumento hæreditatis onus tutelæ adiungunt Iura, non niſi ad te  
ſpectat Authoris partem defendere, qui in illius patrimonium, titulos, di-  
gnitates per adoptionem ſuccedis non degener ab eiufdem Virtutibus, nec  
à geſtis, nec à moribus alienus: in Te enim Nobilitas ſingularis ex Regi-



# SCHOLIA

IN CENTVRIA SECVNDA

## CONTROVERSIARVM

FORENSIVM

IVRIS COMMVNIS, ET REGNI NEAPOLITANI,


D. FRANCISCI MERLINI  
PIGNATELLI

Marchionis Ramontis, Sacræ Militiæ Diui Iacobi Equitis, Regiam  
Cancellariam Regentis, & S. R. C. Præfidentis.

AUCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA

I. C. NEAPOLITANO.



### SYNOPSIS.

*Fideicommissum conditionale in supremis tabulis ordinatum ad favorem alicuius substituti, per illius obitum ante conditionis eventum, transmitti non potest, ne quidem ad descendentes, ad ornatum l. vnic. C. de his, qui ante apert. tabul. reprobata Gloss. qua contrarium sensit, ad l. is, cui. 42. D. de act. & oblig. Conditionale quod est prius quam conditio evenit, nihil est, nec proinde transmitti potest, neque ex Testatoris mente, contra id, quod vulgus Interpretum censuit, edocens fieri posse transmissibile ex Testatoris voluntate, etiam de qua non nisi per coniecturas appareat, & illustratur text. in hæredes mei, §. 7. cum ita. D. ad S. C. Trebell. Nisi ipsorum doctrina referatur ad casum, quo substitutus est de liberis, vel descendentes Testatoris qui propria ex persona fideicommissi iure, non transmissionis ope, admissus tunc creditur, & in portionem Patris duntaxat, non autem Patris, aut alterius coheredis. Quod in testamentis evenit, non facile obtinet in contractibus, in quibus fideicommissum quoque institui posse, certum est, sed quantumcumque illud conditionale sit, ad hæredes bene transmittitur, Stipulatore ante conditionis eventum promissoreno, ad expositionem text. in §. ex conditionali, Inst. de verb. oblig. & explicatur text. in l. quod de pariter, §. 17. D. de reb. dubijs. Clausula Pro se, suis hæredibus, & successoribus, in contractibus omnibus indifferenter adhibetur, eiusque vis demonstratur. Absenti quaeritur actio, Notario pro eo stipulante licet casus esset inmiscuitis, & non adhuc conceptis.*